



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

104. Statuta aut consuetudines diœcesis, an etiam vigeant in locis
exemptis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO CIV.

Statuta & consuetudines diocesis, an etiam vigeant in locis exemptis.

Minimè latè *Roland, conf. 53, vol. 3, Ang. conf. 243, num. 2. Hieron. Gonzales de mensib. & alter. Episcop. glo. 43, nu. 185.* Hinc fuit responsum, quod posterus testamentum in loco exempto conditum, derogat priori condito in diocesi, secundum formam lituram, aut consuetudinem diocesis *Rol. d. conf. 53, Ang. de conf. 243. Fel. e. grave de offic. ord.*

QVÆSTIO CV.

Subditi ordinario an gaudeant consuetudine exemptorum,

Nonquam, Quia ejusmodi non sunt trahenda in consequentiam, nec ad alia loca, aut personas extendenda *l. si verò §. de viro ff. sol. matr. l. quod verò ff. de legib. DD. l. i. C. si Mulier sec. nupserit Beck. de testam. Comug. lib. 5, cap. 7, nu. 3 vers. ad parentes.*

QVÆSTIO CVI.

An regula Cancellariæ de non tollendo ius quæsitum habeat locum in exemptione?

Regula Cancellariæ XVI. sic se habet: Item ne quis per varias, quæ pro commissionibus habendis in causis plerumque fiunt suggestiones, iustitia postponatur, idem Dominus noster decrevit & declaravit, suæ intentionis fore, quod deinceps per quamcumque signaturam, seu concessionem pro commissionibus huiusmodi per Sanctitatem suam, vel de ejus mandato faciendam, nulli sibi ius quæsitum quomodolibet tollatur. Hactenus verba regulæ, jam quaeritur, an dictæ regulæ sit locus in exemptione? esse locum, nec tolli exemptionem per quamcumque Papæ signaturam, decidit Rota in una Casar Augustana exemptionis de anno 1594. Junij 13. coram Reverendo Orano, ut videre est apud Illustrissimum Seraphinum *decis. 682.* Dicitio enim quomodolibet in Regula apposita, includit ius etiam quæsitum ex privilegio iuxta *decis. Mohed. 82. Farinac. decis. 711, nu. 1.* quod & notavit Ioannes à Chokiet Frater meus, in notis ad d. reg. in fin. quod tamen fallit in gratis, quæ sui natura

Ecc